UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661

2 Accipiens vel emens res ecclesiæ, sibi reddat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

C. XXVIII. ¶ *De eodem.*

*Vnde* Auguſtinus *ad Bonifacium comitem, epiſt. 50.*

SI *a* privatum *b* poſſidemus, quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt, ſed pauperum: quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione damnabili vindicamus.

*Oſtenſum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non. Item, quomodo res eccleſiæ per prebendas dividi poſſint.*

## QVÆSTIO II.

1 ps NVnc quæritur, *ſi ſacerdotes aliqua de rebus eccleſiæ dediſſe noſcuntur, an his, qui eas acceperunt, aliqua firmitate conſtabunt. Quòd res eccleſiæ nullo modo diſtrahi poſſint, & abſtracta poſſideri, multis auctoritatibus probatur.*

C. I. ¶ *Eccleſiæ pecunias auferens velut homicida damnatur.*

*Ait enim* Stephanus Papa.

QVi *c* Chriſti pecunias, & eccleſiæ aufert, fraudat, & rapit, ut homicida in conſpectu judicis deputabitur.

¶ *In epiſtolis Stephani primi, quæ extant, caput hoc non habetur: ſed in epiſtola prima Anacleti, ex quo citatur à Burchardo & Ivone, & in concilio Triburienſi, & infrà ead. c. qui abſtulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papam.*

C. II. ¶ *Quidquid de ſacratis vaſis, vel miniſteriis à quolibet clerico uſurpatum fuerit, eccleſiæ reſtituatur.*

*Item* Pelagius *Hoſtilio Epiſcopo.*

AVguſtino noſtræ ſedis notario ſuggerente didicimus, quod ei dilectio tua directis apicibus indicaſſet, quoſdam de clero tuo, & maximè parochiarum ad te pertinentium, non pauca ſacrata vaſa, vel miniſteria diſtraxiſſe, & aliqua hujuſmodi perpetraſſe, quæ à religioſo aliena ſunt propoſito. Charitatem verò tuam (ut hoc competenti ſollicitudine debeat inſequi, vel ulciſci) noſtræ præceptionis auctoritate cupis communiri. Qua de re præſentibus mandamus affatibus, ut competentis vivacitatis inſtantia, quidquid de ſacratis vaſis vel miniſteriis à quolibet clericorum uſurpatum vel diſtractum fuiſſe compereris, ſine cujuſquam moræ interventu exigere non dimittas, & eccleſiaſticis uſibus reformare.

C. III. ¶ *Quidquid Domino conſecratur, ad jus pertinet ſacerdotum.*

*Item* Bonifacius *d* Papa.

NVlli *e* liceat ignorare, omne quod Domino conſecratur, ſive fuerit homo, ſive animal, ſive ager, vel quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum Domino erit, & ad jus pertinebit ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui à Domino & eccleſia, cui competunt, aufert, vaſtat, invadit, vel eripit, & uſque ad emendationem, eccleſiæque ſatisfactionem, ut ſacrilegus judicetur: & ſi emendare noluerit, excommunicetur.

C. IV. ¶ *Excommunicationi ſubjaceat, qui eccleſiaſtica prædia invadit.*

*Item* Gregorius VII. *lib. 6. Regeſti, in concilio, c. 1.*

QVicunque *f* militum, vel cujuſcunque ordinis, vel profeſſionis perſona, prædia eccleſiaſtica à quocunque Rege, ſeu ſæculari Principe, vel ab Epiſcopis invitis, ſeu Abbatibus, aut aliquibus eccleſiarum rectoribus ſuſceperit, vel invaſerit, vel de rectorum depravato, ſeu vitioſo conſenſu tenuerit, niſi eadem prædia eccleſiis reſtituerit, excommunicationi ſubjaceat.

C. V. ¶ *Sacrilegii crimen incurrit, qui prædia eccleſiaſtica vexat.*

*Item* Pius Papa, *epiſtol. 2.*

PRædia *a* divinis uſibus tradita, quidam humanis applicant uſibus, & Domino, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, ut ſibi *b* inſerviant. Quapropter ab omnibus illius uſurpationis contumelia depellanda eſt: ne prædia uſibus ſecretorum cœleſtium dicata, à quibuſdam irruentibus vexentur. Quòd ſi quiſquam præſumpſerit, ut ſacrilegus habeatur.

C. VI. ¶ *De eodem.*

*Item* Anacletus Papa *c, epiſt. 1.*

QVi *d* abſtulerit aliquid patri vel matri, dicitq; hoc peccatum non eſſe, homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit: mater vero noſtra, eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regeneravit. Ergo qui *e* Chriſti pecunias & eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida eſt.

C. VII. ¶ *Quadruplum reſtituat, qui res eccleſiæ invadit.*

*Item* Ioannes Papa I. *ad* f *Zachariam Archiepiſcopum.*

IN antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum eſt, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione omnia reſtituat. Vnde & in Evangelio *g* ſcriptum eſt: [ Quòd ſi aliquid defraudavi, reddo quadruplum. ] Et in legibus *h* ſæculi cautum habetur: [ Qui rem ſurripit alienam, &c. ] *ut infrà in auctoritate Euſebii Papæ.*

C. VIII. ¶ *Pro tenore ſæcularium legum puniantur invaſores rerum eccleſiaſticarum.*

*Item* Gregorius *ad Conſtantiam Reginam Galliæ, lib. 4. epiſt. 33. ſeu c. 77.*

CVm *i* devotiſſimam *k* Dominam ſciam de cœleſti vita, atque *l* remedio animæ ſuæ ſedulò cogitare, culpam me committere vehementer exiſtimo, ſi ea, quæ pro timore omnipotentis Domini ſunt ſuggerenda, ſiluero, & te ſanctiſſimam de eccleſiaſtica pace ſedulò non commonuero. Nimis me Iuliani fratris & Coëpiſcopi noſtri proclamatio nuper contriſtavit, maximè cùm villæ, ſuæ videlicet eccleſiæ, à nequiſſimis prædonibus ſint deprædatæ, atque nocturnis incendiis more furum combuſtæ: & dum iidem maligni juxta noſtri prædeceſſoris Bonifacii decreta pro violata 1 omunitate illud emendare noluerint, dum & ſæculi leges ita ſe habere voluerint, lege vulgari teſte, in qua ſic ſcribitur *m*. [ Si quis manu armata uſque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille qui prior eſt, pro illicita præſumptione componat ſolidos nongentos: ſequaces verò ejus, unuſquiſque ſolidos octaginta. Si verò incendium fecerint, ibi novies tantùm componant: ſi prædam verò, in quadruplum reſtituant.

¶ *Initium hujus capitis uſq; ad verſ.* ſiluero. *eſt acceptum ex epiſtola indicata. Reliqua non ſunt inventa.*

1 ¶ Violata ] *Hæc dictio abeſt à pleriſq; vetuſtis, & hîc, & in ſequenti capite, ubi in vulgatis eſt,* emunitas violata.

a *Et infr. 23. q. 7. quòd autem. §. ſi autem privatim.* b *privatim, quæ nobis ſufficiant, poſſidemus.] orig.* c *Anacletus epiſt. 1. c. 2. Lucius ca. 6. In concilio Tribur. c. 7. Burch. lib. 11. cap. 18. Ivo p. 14. c. 88.* d *6. cap. c. 303. al. Ex decretis Bonif. Papæ.* e *Polyc. l. 6. tit. 15. Burch. l. 11. c. 17. Ivo p. 14. cap. 87. Pannorm. lib. 5. c. 113.* f *Polyc. l. 6. tit. 15.*

a *Polycarp. ibid. Anſelm. lib. 5. cap. 36. Ivo part. 13. c. 39.* b *al. ſuis uſibus.* c *Et in epiſt. Lucii. c. 6.* d *Polyc. ibid. Burchard. libr. 11. cap. 18. Ivo part. 14. cap. 88.* e *Suprà, ead. qui Chriſti.* f *Et in epiſt. 2. Euſebii Papæ ad Ægyptios, & in decret. Iulii. c. 1. & Symmachus in 5. ſynodo.* g *Luc. 19.* h *ſ. ead. in legibus.* i *Burch. l. 11. c. 26. Ivo p. 13. c. 36.* k *ſereniſſimam.* l *al. patria, atq; anima ſua vita ſedulò.* m *lib. 1. legum Longobard. tit. de aggreſ. in vic. fact. leg. 1.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. IX. ¶ *De eodem.*

SI *a* ſæculi leges talem juſtitiam habere voluerunt, lex divina cur inferior eſſe debebit? cùm ipſius veritatis præſentia à Zachæo collaudatum ſit, ut ſi aliquem defraudarat, in quadruplum reſtitueret? Et quia ſummum in rebus bonum eſt, juſtitiam colere, ac ſua cuique jura ſervare, & in ſubjectos non ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt, cuſtodiri (quod & vos diligere, & Domino confidimus ſtudere;) ea propter excellentiæ veſtræ, menſe Novembri præſentis anni, ſecunda indictione, Petrum fratrem & coepiſcopum noſtrum à gremio ſanctæ Romanæ eccleſiæ tranſmittemus, ut fratribus ejuſdem provinciæ in unum congregatis, immunitas violata, & præſumptio, & ſacrilegium canonica auctoritate, & veſtra regia dignitate talem terminum accipiant, ne poſthac membra diaboli, filii nequam, in ſancta eccleſia, te etiam ibi regnante, talia præſumant.

¶ *In pleriſque vetuſtis codicibus, & apud Burchardum, & Ivonem caput hoc eſt conjunctum ſuperiori.*

C. X. ¶ *Eccleſiæ res ſurripiens, in decuplum reſtituat, quod abſtulit.*

*Item* Euſebius Papa b *epiſt.2.*

IN *c* legibus ſæculi cautum habetur [Qui rem ſurripit alienam, illi, cujus res direpta eſt, in undecuplum *d*, quæ ſublata ſunt, reſtituat.] Et in lege divina *e* legitur [Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen.] Talia *f* ergo non præſumantur abſque ultione, nec exerceantur abſque ſua damnatione. Proinde 1 ſi quis eccleſiaſticas oblationes, & quod Deo conſecratum eſt, rapuerit, vel conſenſerit facientibus, ut ſacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum reſtituat, & canonicè pœniteat.

1 ¶ Proinde] *Hinc uſque ad finem non ſunt in epiſtola Euſebii, neque apud Ioannem, aut Symmachum. Habentur tamen apud Burchardum & Ivonem part.13. cap.37. & in Polycarpo, interpoſitis etiam aliquot verbis, quæ in epiſtola habentur poſt verſ.* damnatione.

*Contrà* Gregorius *ſcribit, cap.4. reſponſionum ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum, de his, qui furtim auferunt aliquid de eccleſia.*

C. XI. ¶ *Sine augmento ſibi ablata eccleſiam recipere oportet.*

FRaternitas *g* tua ex perſona furis penſare poteſt, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes ſubſidia, furtum perpetrant: & ſunt alii, qui hac in re inopia delinquunt. Vnde neceſſe eſt, ut quidam damnis, quidam verò verberibus, & quidam diſtrictius, quidam verò levius corrigantur. Et cùm paulò diſtrictius agitur, ex charitate agendum eſt, & non ex furore: quia ipſi hoc præſtatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. *& infrà.* ¶ Addis etiam quo augmento ea, quæ furto de eccleſiis abſtulerunt, reddere debeant. Sed abſit, ut eccleſia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

*Verùm illud Euſebii de legum ſeveritate: illud* h *Gregorii de eccleſiaſtica manſuetudine dictum intelligitur.*

C. XII. ¶ *Non ſunt alienanda in epiſcopatu acquiſita.*

*Idem* Gregorius *lib.10. epiſt.42. Deuſdedit* i *epiſcopo Mediolanenſi.*

REs *a* in epiſcopatu acquiſitas, ſacerdotibus nulla [illegible]
alienandi licentia.

C. XIII. ¶ *Vaſa ſacra, niſi pro redemptione captivorum, non ſunt alienanda.*

*Item* ex octava 1 ſynodo univerſali, *c.15.*

APoſtolicos *b* & paternos canones renovans hæc ſa-
cta & univerſalis ſynodus, diffinivit neminem pro-
ſus Epiſcopum vendere, vel utcumque alienare [illegible]
lia & vaſa ſacrata, excepta cauſa olim ab antiquis cano[nibus]
bus ordinata, videlicet 2 pro redemptione captivo[rum]
ſed nec tradere ſalaria eccleſiarum in emphyteutica [illegible]
cta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venundare, ac per [illegible]
eccleſiaſticos reditus lædere: quos ad propriam utili-
tem, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum [illegible]
tionem eſſe decernimus. 3 *& paulò poſt.* ¶ Qui[illegible]
autem apparaverit poſt hanc diffinitionem noſtram [illegible]
trarium quid huic ſanctæ ac univerſali ſynodo agere [illegible]
ponatur ut prævaricator divinarum legum & præce[pto]
rum: caſſata videlicet omninò, quæ facta eſt in ſcrip[tis]
vel ſine ſcriptis ab epiſcopo, venditione, vel emphy[teu]
tica traditione, vel alia qualibet alienatione, cime[lio]
rum ſcilicet, & ſalariorum locorum. Qui vero em[illegible]
aut perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel ſala[riis]
& non reſtituerit eccleſiæ iterum quæ eccleſiæ ſunt, [illegible]
non dederit ad incidendum chartam venditionis vel em-
phyteuſeos, ſit anathema, uſque dum fecerit, quod [illegible]
hac ſancta & univerſali ſynodo confirmatum eſt. ¶ [illegible]
autem Epiſcopus convictus fuerit conſtruxiſſe mona[ſte]
rium de reditibus eccleſiaſticis, tradat ipſum eidem ec[cle]
ſiæ monaſterium.

1 ¶ Octava] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, cum an[illegible]*
*legeretur*, ſexta. *Eſt autem canon decimus quintus ſynodi [illegible]*
*habitæ tempore Hadriani Papæ ſecundi contra Photium, ex [illegible]*
*ne Anaſtaſii bibliothecarii.*

2 ¶ Videlicet pro redemptione] *In concilio ipſo, & [illegible]*
*Anſelmum legitur*, quæ accipiuntur in redemptione [ca-]
ptivorum.

3 ¶ Decernimus] *In ipſo canone ſequuntur hæc.* [illegible]
verò eccleſiaſticarum rerum poteſtatem habentem, [illegible]
meliorare, ac dilatare, prout oportuerit: eccleſiaſti[illegible]
ca, quæ per reditus fiunt, & inſuper propriam [illegible]
poſitionem diſtribuere, ac committere ſeu confer[re]
buſcunque voluerit, & judicaverit, juxta propriam [illegible]
ſtatem ac dominatum. Quiſquis autem apparaverit [illegible]

C. XIV. ¶ *Pro redemptione captivorum ſacra vaſa non prohibentur alienari.*

*Item* Gregorius *lib.6. epiſt.35. ſeu ca.199. domino epiſcopo Meſſanenſi.*

ET ſacrorum canonum, & legalia *c* ſtatuta [illegible]
tunt, miniſteria eccleſiæ pro captivorum [illegible]
ptione vendenda.

C. XV. ¶ *Res eccleſiæ licitè impenduntur pro redemptione captivorum.*

Idem *Demetrio & Valeriano clericis Firmanis, lib.[illegible] indict.2. epiſt.14.*

SAcrorum *d* canonum ſtatuta, & legalis permit[tit au-]
ctoritas, licitè res eccleſiaſticas in redemptionem [ca-]
ptivorum impendi. Et ideò, quia edocti à vobis [ſu-]
mus, ante annos ferè xviij. virum reverendiſſi[mum]
quendam Fabium Epiſcopum eccleſiæ Firmanæ, [illegible]
xj. argenti de eadem eccleſia pro redemptione ve[illegible]
ac patris veſtri Paſsivi, fratris & coepiſcopi noſtri, [illegible]
verò clerici, nec non matris veſtræ, hoſtibus impend[iſ-]
ſe, atque ex hoc quandam formidinem vos habere, [illegible]
hoc, quod datum eſt, à vobis quolibet tempore repe[ta-]
tur, hujus præcepti auctoritate ſuſpicionem ve[illegible]
prævidimus auferendam; conſtituentes, nullam [illegible]
exinde, hæredeſque veſtros quolibet tempore repet[illegible]

a Burchard. & Ivo ibid. Luc.19. b *Et Symmachus in 5. ſynodo, & Ioan. 1. epiſt. 1.* c *ſupr. ea. in antiquis. Polycarp. l.8. titul.15.* d *al. Decuplum.* e *Deuteron.27.* f *Anſ. l.5. c.41. Burchard. l.11. cap.27. Ivo p.13. c.37. & p.5. ca.249. & p.3. ca.149. Pann. l.4. c.47.* g *Poly. l.6. tit.16. Ivo p.13. c.5.* h *al. iſtud.* i *al. Deodato.*

a *Infrà, ea. q.5. nulli.* b *Anſelm. l.6. c.171.* c *L.* [illegible]
*mus. cod. de ſacroſ. eccle. Anſelm. l.5. c.41.* Ivo p.3. c.[illegible]
[illegible]

moleſtiam ſuſtinere, nec à quoquam vobis aliquam objici quæſtionem.

C. XVI. ¶ *Res eccleſiæ deſolatæ non præponantur captivis.*

Item *lib.6. epiſt.35. ad Dominum Epiſcopum.*

SIcut *a* omninò grave eſt, fruſtra eccleſiaſtica miniſteria venundare, ſic iterum culpa eſt, imminente hujuſmodi neceſſitate res maximè deſolatæ eccleſiæ captivis ſuis præponere, & in eorum redemptione ceſſare.

2 pars. *Quæ verò pœnitentia hujuſmodi invaſoribus, atque prædonibus, qui vaſa ſacra, & reliqua divino cultui dedicata arripiunt, & quaſi profana contrectant, ſit indicenda;* Nicolaus Papa *definit ſcribens Frontario Archiepiſcopo Burdegalenſi.*

C. XVII. ¶ *Invaſoribus rerum eccleſiaſticarum, quæ pœnitentia ſit imponenda.*

DE viro nefando, Burgando nomine, qui rabie inſana commotus, diabolicis ſe irretire laqueis non dubitavit, atque gentilium more per abrupta itinera, & compita inſidians vobis in veſtræ eccleſiæ villa, unà cum clericis veſtris manentibus, & populum ſalubribus inſtruere dogmatum monitis decertantibus, paneque ſpiritualis verbi vacua hominum corda reficientibus atque laudabile propriæ ſalutis deſiderium habentibus, ſancta Apoſtolorum Petri, & Pauli limina viſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias invaſiones, & deprædationes violentas inferre dœmoniaco auſu præſumpſit: &, ut epiſtolæ veſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraque Dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctum chriſma pollutis arripere manibus, quaſi vilia, & ad uſum communem apta præſumpſit, dilectio nos veſtra conſuluit, ſi ipſe, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo ſcelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque gratia tracti *b* divina venire voluerint, quo eos pœnitentiæ vinculo conſtringatis, noſtræ inſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis. De quibus (ſi tamen ita eſt) jubemus, cùm ad pœnitentiam reverti acceleraverint, uno anno extra eccleſiam Dei conſiſtere, cujus ſacratiſſima vaſa, extra ritum fidei Chriſtianæ, diripiendo auferre non dubitaverunt. Secundo verò anno ante fores eccleſiæ ſine communione maneant. Tertio verò anno eccleſiam Dei ingrediantur, & inter audientes aſtent ſine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natalis & reſurrectionis Dominicæ dies. Quarto præterea anno (ſi his prioribus tribus eorum fructuoſus fuerit pœnitentiæ labor) communioni fidelium reſtituantur: totaque mentis intentione ſpondentes, talia ſe ulterius nunquam facturos, corpus & ſanguinem Domini ſuſcipere mereantur, & uſque ad ſeptimum annum tribus in hebdomada diebus ſine eſu carnium, & vini potatione maneant pœnitentes.

¶ *Caput hoc alibi non eſt inventum, quàm in collectione canonum incerti auctoris.*

C. XVIII. ¶ *Res eccleſiæ Epiſcopus uſurpare, vel alienare non præſumat.*

*Item* in concilio Leonis Papæ quarti.

3 ps. MOnemus *c*, & irrefragabiliter affirmamus, ut nullus Epiſcoporum, vel ſacerdotum, rem tituli ſui uſurpare præſumat: ſed neque ſalarium à Chriſtianis, ſanctis locis oblatum cauſa amicitiæ, vel timoris, aut muneris pertentet auferre: nec eccleſia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere præſumpſerit Epiſcopus, vel ſacerdos, canonicam ſine dubio ſubeat ultionem, & quod eccleſiæ injuſtè ablatum eſt, reddere compellatur; ita ut deinceps nullas vires pro his ad litigandum, vel poſſidendum habere poſſit.

a *Ivo part.3. cap.176.* b *al. tacti.* c *Deusdedit part.4. Polyc. l.4. tit.19.*

C. XIX. ¶ *Epiſcopo, vel Abbati res eccleſiæ alienare non licet.*

*Item* ex ſeptima ſynod. *c.12.*

QUiſquis *a* Epiſcopus vel Abbas inventus fuerit de ſalariis 1 epiſcopii vel monaſterii transferre quidquam in principum manus, vel etiam alii perſonæ conferre, irritum ſit, quod datum eſſe conſtiterit, ſecundùm canonem *b* ſanctorum Apoſtolorum, qui dicit: [Omnium eccleſiaſticarum rerum Epiſcopus habeat ſollicitudinem, & diſpenſet eas, tanquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare 2 quidquam ex illis, vel cognatis propriis donare, quæ Dei ſunt. Quòd ſi pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur: ſed non ſub horum occaſione, quæ ſunt eccleſiæ, defraudentur.] ¶ Quòd ſi excuſationem prætenderit damnum facere, & nihil ad profectum agrum exiſtere, nec ſic principibus, qui per loca illa ſunt, tribuatur ager, vel locus: ſed clericis vel agricultoribus. ¶ Quòd ſi calliditate uſus fuerit, & à colono, vel à clerico emerit Princeps agrum, irrita ſit venditio, & reſtituatur epiſcopio vel monaſterio: & Epiſcopus vel Abbas hoc faciens abjiciatur, Epiſcopus 3 quidem ab Epiſcopio, Abbas autem à monaſterio, tanquam qui diſpergit, quæ non collegit.

¶ *Apud Gratianum, quemadmodum & apud Anſelmum citabatur,* ex hiſtoria Euſebii Epiſcopi Cæſarienſ. *Ivo verum auctorem citavit. Verſio autem eſt Anaſtaſii bibliothecarii, ex cujus codicibus manuſcriptis nonnulla ſunt emendata.*

1 ¶ Salariis ] *Græcè eſt,* ἐκ τῶν αὐτουργιῶν, *pro qua voce in Pariſienſi græcorum canonum editione legitur in rubrica,* ἐκ τῶν προαστείων. *id eſt,* ſuburbanis, *quaſi ſuburbana vocentur auturgia, quòd ipſius poſſeſſoris manibus colantur. Balſamon tamen eos agros interpretatur, qui per ſe ipſi ſine magna cultura fructum ferre poſſunt, ut ſylvæ, & alia hujuſmodi.*

2 ¶ Fraudare ] σφετερίζεσθαι. *id eſt,* ſibi vindicare, & ſuum facere.

3 ¶ Epiſcopus quidem ab epiſcopio, Abbas autem à monaſterio ] *Hæc ad ſententiæ integritatem addita ſunt ex ipſo canone.*

C. XX. ¶ *Prædia eccleſiæ non liceat Papæ alienare.*

*Item* Symmachus Papa in ſynodo tertia *c, c.4. & ſequentibus uſque ad nonum.*

NOn *d* liceat Papæ prædium eccleſiæ alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate, nec in uſumfructum 1 rura dare: niſi tantummodo domos, quæ in quibuslibet urbibus non modica impenſa ſuſtentantur. Qua lege omnes cuſtodes aſtringantur, ut donator, accenſator, venditor honorem perdat. Et qui ſubſcripſerit, anathema ſit cum eo, qui dedit vel recepit, niſi reſtituatur. Liceat etiam quibuslibet eccleſiaſticis perſonis contradicere, & cum fructibus alienata repoſcere. Quod 2 non modò in Apoſtolica ſervandum eſt eccleſia, verum etiam univerſis eccleſiis per provincias quidem dicitur convenire.

¶ *Caput hoc collectum eſt ex pluribus capitibus ſynodi Romanæ tertiæ ſub Symmacho, in epitomen tamen redactis.*

1 ¶ In uſumfructum ] *In conciliorum editionibus partim legitur,* ſed nec in uſufructuario jure aliquibus dare liceat, *partim,* ſed in uſumfructum jura aliquibus, &c. *quemadmodum & in codice canonum impreſſo. Nam in vetuſto manuſcripto eſt,* ſed nec uſufructuario aliquibus dari liceat. *Idem verò ſignificare uſufructuarium, & uſumfructum ſcribit Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti, cap.59. his verbis,* uſumfructum dicit, quod nos dicimus uſufructuarium.

a *Polyc. lib.6. tit.15. Anſel. lib.6. cap.184. Ivo part.5. c.375.* b *Can. Apoſtol.39.* c *Et in concil. Pariſienſi l.1. c.17.* d *Anſel. l.4. cap.29.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

2 ¶ Quod non modo ] *In ipſa ſynodo longè aliter habetur.* Hujus autem conſtitutionis legem in Apoſtolica tantùm volumus ſede ſervari, univerſis eccleſiis per provincias ſecundùm animarum conſiderationem, quem propoſito religionis convenire rectores earum viderint, more ſervato.

C. XXI. ¶ *Qui res eccleſiaſticas vendit ad altare non audeat accedere.*

*Item* in ſynodo ſexta.

INdignè *a* ad altare Dei properare permittitur, qui res eccleſiaſticas audet invadere, aut injuſtè 1 poſſidere, aut iniqua, vel injuſta defenſione in eis perdurat. *& paulo poſt.* ¶ Debet tamen eſſe proviſio, ut vindictam admonitio 2 præcedat, & res uſurpatas injuſtè qui abſtulit, aut injuſtè ablatas retinet, æquitate patrocinante, legibus reſtituat. Quòd ſi neglexerit, & neceſſitas compulerit, demum prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat. *& infrà.* ¶ Valdè *b* iniquum ergo & ingens ſacrilegium eſt, ut quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel ſalute, vel requie animarum ſuarum unuſquiſque venerabili eccleſiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab iis, quibus hæc maximè ſervari convenit, id eſt, Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus 3, & ſuper omnia à Principibus, & primis regionum in aliud transferre, vel converti permittatur. Propterea, qui hæc non prævidertit, & aliter quàm ſcriptum eſt, prædia eccleſiis tradita petierit, vel acceperit, aut poſſederit, vel 4 injuſtè defenderit, aut retinuerit, niſi citò ſe correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: ſitque accipienti, & danti, & poſſidenti anathema, & inſtitutæ pœnæ contubernium aſſiduum. Nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, quà religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas, ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.

1 ¶ Aut injuſtè ] *In ſynodo legitur,* aut injuſtè, id eſt, ſine licentia Epiſcopi poſſidere.

2 ¶ Admonitio ] *In ſynodo additur,* manifeſta.

3 ¶ Hominibus ] *Quæ ſequuntur uſque ad verſ.* in aliud. *addita ſunt ex ſynodo.*

4 ¶ Vel injuſtè dederint, aut retinuerint ] *Addita ſunt & iſta: ſicq; omnia, quæ in uſurpatione hujuſmodi rerum accidere ſolent, exponuntur.*

C. XXII. ¶ *Excommunicentur, qui Principum auctoritate res invadunt eccleſiæ.*

*Item* Nicolaus Papa *Adoni Viennenſi Archiepiſcopo in epiſtola, cujus initium.* [*Quia ſanctitatis veſtræ.*]

DE *c* rebus, quæ ſemel Deo contributæ, atque dicatæ ſunt, & poſtea ſub occaſione conceſſionis Principum à quibuſdam invaduntur, atque diripiuntur, ſancimus, ut prius conſulatis Principem, ad reſecandam tam præſumptivam factionem, & cognoſcendum, utrum illius ſit conceſſio, an invaſoris præſumptio. Quòd ſi Principis inordinata fuerit largitio, ipſe ſit Princeps pro emendatione redarguendus. Si autem invaſoris declaratur præſumptio, uſq; ad emendationem, excommunicationis ſit vindicta coërcendus.

¶ *Extat epiſtola hæc in libro ſæpe citato bibliothecæ Dominicanæ: in qua reſpondet Nicolaus ad nonnullas quæſtiones ab Adone* d *ſibi propoſitas.*

C. XXIII. ¶ *De rebus eccleſiæ non eſt aliquid alienandum.*

*Item* Gelaſius *Iuſtino Archidiacono, & Fauſtino* e *defenſori.*

4 ps VObis *f* enim, & famæ veſtræ conſultum duximus, ut Pontificis veſtri loco, vobiſcum ab eodem aliquis ſubrogetur, qui ejus nomine pariter univerſa diſponat: quatenus omnia prædia ad veſtrum revocetis ſtudium, nec cuiquam clerico pro portione ſua aliquod ſolùm eccleſiæ putetis eſſe deputandum: ne per incuriam, & negligentiam minuatur: ſed omnis penſionis ſummam ex omnibus prædiis ruſticis, urbaniſque collectam, ad Antiſtitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad cauſas, vel expenſas accidentium neceſſitatum opus eſſe perſpicitur, ut de medio ſequeſtretur, & quatuor portiones, vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus penſione: ita, ut unam ſibi tollat Antiſtes, aliam clericis pro ſuo judicio, & electione diſpertiat, tertiam pauperibus ſub omni conſcientia faciat erogari: fabricis verò quartam, quæ competit ad ordinationem Pontificis, erogatione veſtra decernimus eſſe penſandam. Si quid fortè ſub anno remanebit expenſa, electo idoneo ab utraque parte cuſtode, tradatur enthecis: ut major emerſerit fabricis in ſubſidio, quod ex diverſi temporis diligentia poterit cuſtodiri: aut certè ematur poſſeſſio, quæ utilitates reſpiciat communes.

C. XXIV. ¶ *Divini muneris participatione privetur, qui eccleſiaſtica privilegia calcat.*

Idem *Majorico, Sereno, & Ioanni Epiſcopis.*

QVi *b* & divinis, & humanis legibus in civili damnatione calcatis, & reverentia religionis abjecta, eccleſiaſtica privilegia calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum proſilire diſpendium, nec hujuſmodi, ſi ... tem commoniti, convictique, nequitiam ſopire contendunt... tiunt, atque illata ſacris rebus detrimenta ſarcire; meritò divini muneris participatione ſunt privandi, ut ejus perceptione careant, quod ſacrilegis auſibus habere deſpectui. Cæleſtinus verò Presbyter fratris & Coëpiſcopi noſtri Sereni, qui contra Pontificale judicium, contraque Apoſtolicæ ſedis mandata prorumpens, ... prædictis communionem ſacram miniſtrare præſumpſit, cùm non potuerit ignorare ſententiam proprii ... tis, ab officio protinus eccleſiaſtico pellatur: ut nullus eccleſiæ miniſtrorum contra pontificalia inſtituta ... contendat.

C. XXV. ¶ *De eodem.*

Idem *eiſdem Iuſtino* 1 *Archidiacono, & Fauſtino defenſori.*

VVlteranæ *c* eccleſiæ actus, vel patrimonium, quod hactenus comperimus deſtitutum, poſt damnationem Euchariſti, quo fuerat depravante diſperſum, ... veſtræ decrevimus eſſe delegandum: ut diligentia ... vos pro utilitatibus eccleſiæ exiſtimamus eſſe vigilantes) prædia culturæ reſtituatis antiquæ, & revocetis ... qua ſunt vendita, aut donata mancipia. Poſſeſſiones etiam, quas ab Eumancio, & Opilione Epiſcopis, ... ris quovis jure videritis teneri (quia contra conſtituta ſynodi ab Epiſcopis prædia alienari nullo poterunt commento,) nihilominus revocentur. Sit emptoribus ad eum recurſus qui præſumpſit aliquid de eccleſiæ rebus illicita venditione diſtrahere, ita ut penſiones annuas ad Pontificem deferatis, cui privilegia ſua integra convenit omni ratione ſervari, ut ejus diſpenſatione portiones proveniant conſuetæ: ita ut portionem quartam, quæ ad eos pertinet, ſua Pontifex ordinatione diſtribuat, prout cujuſque locum meritumque cognoſcit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum eſt, ut clericis quartam eroget pro conſideratione ſuæ electionis Antiſtes. Fabricarum etiam portio Epiſcopo ſciente, & diſponente, veſtra erogatione pendatur: quatenus nihil penitus in detrimentum alicujus ... patiamini generari.

a *Ivo part.3. cap.182.* b *16. quæſtion.1. in canonibus. §. valdè.* c *Ivo p.3. cap.152.* d *al. Odone.* e *al. Fauſto.* f *Deuſdedit p.3. cap. 93.*

a *al. omnium.* b *Ivo p.3. c.150. & p.4. c.185.* c *al. Vulterranæ. Ivo p.3. c.153.*

1 ¶ Iuſt...

1 ¶ Iuſtino, &c. ] *Antea legebatur.* Idem eiſdem. *Emendatum eſt, & poſita iſtorum virorum nomina ex Ivone: ad quos etiam ſcriptum eſt ſuperius penultimum caput, vobis enim. Nec verò hæc, quæ nunc afferentur, pertinere poſſe ad Epiſcopos, quibus proximè præcedens caput ſcribebatur, indicant nonmodo quæ à Gratiano hic referuntur, ſed etiam apertius verba, quæ apud Ivonem poſt ultima hujus capitis ſequuntur.* Si quis verò in eccleſiæ veſtræ damnum aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtræ prohibita, Pontificem veſtrum videritis admittere, &c.

C. XXVI. ¶ *Redituum, & oblationum duæ portiones clericis committantur.*

Idem *clero, & ordini, & plebi Brunduſii.*

COnceſſo *a* vobis, quem petiſtis, Antiſtite, fratre jam & Coëpiſcopo meo Iuliano, neceſſarium fuit (eodem ad eccleſiam ſuam mox remiſſo) ad vos noſtra ſcripta pariter deſtinari: quibus agnoſceretis eidem fuiſſe præceptum, ne unquam ordinationes præſumat illicitas. *& infrà.* ¶ Reditus, & oblationes fidelium in quatuor partes dividat: quarum unam ſibi ipſe retineat: alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate diſtribuat: fabricis tertiam: quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem divino eſt redditurus examini.

¶ *Epiſtola Gelaſii, in qua eſt hoc caput, miſſa eſt cum aliis ex Hiſpania. Eadem verò inter epiſtolas Gregorii II. impreſſa eſt tertia, clero, & plebi Thuringiæ ſcripta. Talis quædam epiſtola, ſed brevior, refertur in libro, qui inſcribitur, Ordo Romanus, & formata Epiſcopo danda nuncupatur.*

C. XXVII. ¶ *De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuiq; proveniat.*

Idem *in epiſtola ad Epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, c.29.*

QVatuor *b* autem tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cujuslibet eccleſiæ facultas admittit (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) convenit fieri portiones: quarum ſit una Pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus ſicut ſacerdotis intererit integram miniſtris eccleſiæ memoratum dependere quantitatem; ſic clerus ultra delegatam ſibi ſummam nihil inſolenter noverit expetendum. Ea verò, quæ eccleſiaſticis ædificiis attributa ſunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat inſtauratio manifeſta ſanctorum: quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis, in lucrum ſuum præſul impendia his deputata convertat. Ipſam nihilominus adſcriptam pauperibus portionem, quanquam divinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe videatur: tamen juxta quod ſcriptum eſt. *c* [Vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt;] oportet etiam præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. Quapropter *d* nec clericorum quiſpiam, &c.

C. XXVIII. ¶ *De reditibus oblationum, & redituum eccleſiæ quatuor portiones Presbytero diſpenſandæ credantur.*

*Item* Simplicius Papa *Florentio, & Equitio, & Severo Epiſcopis, epiſt.3.*

DE *e* reditibus eccleſiæ, vel oblatione fidelium quid deceat neſcienti nihil licere permittat: ſed ſola Epiſcopo ex his una portio remittatur: duæ eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro *a* Presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: ultima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis dividatur. *& infrà.* ¶ Cui, *id eſt, Gaudentio,* hoc ſpecialiter præcipimus, ut tres portiones, quas triennio *b* dicitur ſibi tantummodo vindicaſſe, reſtituat.

¶ *Addita ſunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad ſententiam facere aliquid videbantur.*

C. XXIX. ¶ *De reditibus eccleſiæ, etiam noviter quæſitis, quarta pars clericis erogetur.*

*Item* Gregorius *Maximiano Epiſcopo Syracuſano c, lib.3. epiſt.11.*

COgnovimus *d* de reditibus eccleſiæ noviter acquiſitis canonicam diſpoſitionem quartarum minimè provenire; ſed Epiſcopos locorum diſtribuere tantummodo quartam antiquorum redituum, nunc verò quæſita ſuis uſibus retinere. Quam rem *e* pravam ſubintroductamque conſuetudinem fraternitas tua vivaciter emendare feſtinet: ut ſive de præteritis reditibus, ſive de his, quæ obvenient *f*, vel obvenientibus quartæ ſecundùm diſtributionem canonicam diſpenſentur. Incongruum namque eſt unam, eandemq; eccleſiæ ſubſtantiam duplici quodammodo jure cenſeri, id eſt, *g* uſurpationis, & canonum.

C. XXX. ¶ *De ſtipendio eccleſiæ quatuor debent fieri portiones.*

Idem *Auguſtino Epiſcopo Anglorum in reſpon. ad primam interrogationem.*

MOs eſt *h* Apoſtolicæ ſedis ordinatis Epiſcopis præceptum tradere, ut de omni ſtipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicet Epiſcopo, & familiæ ejus propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem, alia clero, tertia verò pauperibus, quarta eccleſiis reparandis.

C. XXXI. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* ex concilio Toletano.]

SAncimus omnibus Epiſcopis curam laicorum inſtare, ut ſi quos in fide Chriſti invenerint, nimio affectu diligant. Inſuper confirmamus, ut ſi aliqua ab ipſis accipiant dona, ſtatim in quatuor dividant partes: ita, ut prima pars ſecundùm 1 Apoſtolorum præcepta, titulorum, nec non cœmeteriorum reſtaurationibus diligenter attribuatur, ſecunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta verò advenis.

¶ *Caput hoc (quod in omnibus vetuſtis exemplaribus, exceptis duobus, & ſine Paleæ nomine habetur, & gloſſam habet) in nullo Toletano concilio aut impreſſo, aut in manuſcripto inventum eſt. In collectione canonum incerti auctoris, quæ aſſervatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Sylveſtro: quamvis in ſynodo Romana ſub ipſo habita, cap.4. paulò aliter hæ partes aſſignentur, id eſt, ut in præcedentibus huic capitibus.*

1 ¶ Secundùm Apoſtolorum præcepta ] *In ea collectione non ſunt hæc verba. In uno vetuſto Gratiani codice eſt,* ſecundùm Apoſtolorum præcepta.

C. XXXII. ¶ *Omnes Presbyteri ſecundùm juſſionem Epiſcopi res eccleſiæ diſpenſare ſtudeant.*

*Item* ex concilio Agathenſi, *c.22.*

5 ps STatuimus *i* (quod omnes canones 1 jubent) ut civitatenſes, ſive diœceſani Presbyteri, vel clerici, ſalvo jure eccleſiæ, rem eccleſiæ, ſicut permiſerunt Epiſcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitus non præſumant. Quòd ſi fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, ſi quas habent

a *Anſelm. lib. 6. cap. 43.* b *Et in concil. Pariſienſi, l.1. c.15. Polyc. l.3. tit.11. Anſ. l.5. c.68. Burch. l.3. c.137. Ivo p.3. c.203. Pann. lib.2. c.7.* c *Matth.5.* d *2. quæſt. 7. quapropter.* e *Anſel. lib.5. cap. 66.*

a *al. ab Onagro.* b *al. per triennium.* c *Ioannes Diac. l.4. num.34.* d *Anſ. l.5. c.70.* e *al. ob rem.* f *al. nunc obvenerunt, vel obvenerint.* g *addita ex orig.* h *Anſ. l.5. cap. 64. Pann. l.2. c.8.* i *Polyc. lib.3. tit.12.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

propria, indemnem eccleſiam reddant, & communione priventur.

1 ¶ Canones ] *Reſtituta eſt hæc vox ex originali. Antea legebatur*, Epiſcopi. *In Polycarpo autem tantum eſt*, quod omnes jubent.

C. XXXIII. ¶ *De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut adverſariis tradunt.*

*Item* ex eodem concilio, *cap. 26.*

SI *a* quis de clericis documenta, quibus eccleſiæ poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere, aut negare, aut adverſariis fortaſſe tradere, damnabili & punienda obſtinatione præſumpſerit, quidquid, per abſentiam documentorum, damni eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur. Hi etiam qui in damno eccleſiæ impiè ſollicitati, à traditoribus aliquid acceperint, ſuperiori *b* ſententia teneantur.

C. XXXIV. ¶ *Epiſcopus hæredem non habens, non alium, quam eccleſiam ſibi hæredem inſtituat.*

*Item* ex eodem, *cap. 33.*

EPiſcopus *c*, qui filios, aut nepotes non habuerit 1, alium quam eccleſiam non relinquat hęredem. Si quid de eccleſia non in eccleſiæ cauſa, aut neceſſitate præſumpſerit, quod diſtraxit aut donavit, irritum habeatur. Qui verò filios habet, de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus ejus, indemnitatibus eccleſiæ conſulatur.

1 ¶ Non habuerit ] *In originali impreſſo, & manuſcripto, & in Polycarpo legitur*, non habens alium, quàm eccleſiam reliquit hæredem; ſi quid, &c. *& ad hanc lectionem propius accedunt verba Hiſpalenſis concilii primi, c. 1. ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

C. XXXV. ¶ *Qui in clero conſtituti ſunt, de rebus eccleſiæ nihil alienare præſumant.*

*Item* ex eodem, *cap. 49.*

DIaconi *d*, vel Presbyteri in parochia conſtituti, de rebus eccleſiæ ſibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res ſacratæ Deo eſſe noſcuntur. Similiter ſacerdotes nihil de rebus eccleſiæ ſibi commiſſæ (ut ſuperius comprehenſum eſt) alienare præſumant. Quòd ſi fecerint, convicti in concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo aliud tantum reſtituant, quantum viſi ſunt præſumpſiſſe 1. *& infrà.* ¶ Libertos tamen, quos ſacerdotes, vel Diaconos de eccleſia ſibi commiſſa facere voluerint, actus eccleſiæ proſequi jubemus. Quòd ſi facere contempſerint, placuit eos ad proprium reverti ſervitium.

1 ¶ Præſumpſiſſe ] *Si hîc interponas c. ſi quis qualibet. infrà, eadem. habebis integrum canonem 49. ipſius concilii Agathenſis.*

C. XXXVI. ¶ *De poſſeſſione eccleſiaſtici juris quidquid à Presbytero diſtrahitur, inane habeatur, & vacuum.*

*Item* ex eodem *e*, *c. 53.*

QVidquid *f* parochiarum Presbyter de eccleſiaſtici juris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur & vacuum vindicatione 1 comparantis, & actione vendentis.

1 ¶ Vindicatione ] *Sic etiam in recentioribus conciliorum editionibus. In aliis, & duobus etiam Vaticanis codicibus legitur*, venditore comparantis, *apud Ivonem*, venditione comparantis. *In Epaunenſi, ubi hoc videtur repeti*, in venditorem comparantis actione vertenda.

a *Infrà, ead. ſi quis de clericis. Burchard. lib. 3. cap. 183. Ivo par. 3. cap. 156.* b *aliter part. & in Hiſpalen. 1. cap. 1.* c *Polyc. lib. 3. tit. 12.* d *Ivo part. 3. cap. 161.* e *Et in Epaunenſi, c. ſept.* f *Ivo p. 3. c. 102.*



C. XXXVII. ¶ *Alienationes factæ ab intruſis, & ordinationes ſine conſenſu clericorum, irritæ ſunt.*

*Item* Vrbanus Papa.

ALienationes omnium per intruſionem, ſeu canonicè electorum ſub Epiſcopi nomine, aut Abbatis, qui ſecundùm eccleſiæ ſuæ uſum conſecrandus eſt, alienationes dico quocunq; modo factas, nec non & ordinationes perſonarum ab eiſdem ſine communi conſenſu clericorum eccleſiæ, ſive per ſimoniam itidem factas, irritas judicamus. ¶ Illud etiam per omnia interdicimus, ut nullus clericus præbendam ſuam, ſeu beneficium aliquod eccleſiarũ aliquo modo alienare præſumat. Quod ſi præſumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & ultioni canonicæ ſubjacebit.

¶ *Poſt collectionem Anſelmi in codice perantiquo, habetur fragmentum cujuſdam concilii Vrbani ſecundi, in cujus initio leguntur.* Alienationes, quæ ſpecialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam, ſeu fortè Philippum ubilibet de poſſeſſionibus Ravennatis exarchatus factæ ſunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intruſionem, ſeu canonicè electorum ſub Epiſcopi nomine, vel Abbatis ... eccleſiæ ſuæ conſecrandus eſt; alienationes quocunque modo factas, *& cætera uſque ad finem hujus capitu ſine nulla varietate.*

C. XXXVIII. ¶ *Epiſcopo defuncto, vel adhuc in ſupremis agente de rebus eccleſiæ nihil eſt uſurpandum.*

*Item* ex concilio Ilerdenſi *a*, *c. 16.*

HÆc hujus placiti conſtitutione inter nos ... placuit cuſtodiri; ut defuncto Antiſtite, vel ... adhuc in ſupremis agente, nullus clericorum cujuſlibet ordinis, officii, graduſve ſit quidquam de domo ... mat, vel quod de utilitate inſtrumenti domus eſſe ... ſcitur; id eſt, mobilis, & immobilis rei eccleſiaſticæ ... netur invadere; nihil furto 1, nihil dolo ſupp... auferens, atque abſcondens. Sed is, cui domus ... miſſa eſt, ſubjunctis 2 ſibi uno, vel duobus fideliſſimis clericis, omnia uſque ad tempus Pontificis ſubſ... debeat conſervare, & his, qui in domo inveniuntur ... ricis conſuetam alimoniam adminiſtrare. Subſ... autem Antiſtes ſuſceptæ 3 ſedis commoda ordina... lut Deus imperabit: ut eis uti cum his debeat, qu... gnoverit diſciplinæ, & charitati prædeceſſoris ſui ... ter paruiſſe. Quòd ſi quiſquam poſt hæc cujuſlibet ... dinis (ut ſuperius dictum eſt) clericus quacunque ... ſione, de omni facultate quidpiam probatus fuerit ... ſtuliſſe; vel forſitan dolo aliquo ſuppreſſiſſe, re... legii prolixiori anathemate condemnetur, ut vix ... peregrina ei communio concedatur: quia durum eſt ... hi, quos conſtat in ſervitio Domini cum primæ ſedis ... tiſtite deſudaſſe, ab his, qui ſuarum rerum incubatores ... vel utilitatibus ſervientes, atque vacantes fuiſſe ... tur, deſpecti aliquatenus crucientur.

1 ¶ Nihil furto ] *In codice Lucenſi regio ſequitur* nihil ...

2 ¶ Subjectis ſibi ] *In conciliorum editionibus ...* cum conſilio: *& in codice regio additur*, clerici: *...tem legendum*, cum conſilio cleri.

3 ¶ Suſceptæ ſedis ] *In eodem regio codice eſt*, ſuſceptæ ... prout deceſſor ſuus ordinavit, vel ut Deus imperavit.

C. XXXIX. ¶ *Epiſcopi, qui nihil eccleſiæ conferunt, famulos ejus libertate non donent.*

*Item* ex concilio Toletano.

ET *c*, ſi illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt, æterni judicis voce in futuro ...

a *Concor. concilium Valent. cap. 2.* b *aliter ...* *atque vagantes fuiſſe.* c *Burchardus lib. 3. cap. 183. Ivo par. ... cap. 249.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

demnabuntur, quantò magis ii, qui auferunt pauperibus quod non dederunt? Quapropter Epiſcopi, qui nihil ex ſuo proprio eccleſiæ Chriſti compenſaverunt, hanc divinam ſententiam metuant, & liberos *a* ex familia eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumant. Impium enim eſt, ut qui res ſuas eccleſiæ Chriſti non contulerit, damnum inferat, & jus eccleſiæ alienare contendat. Tales ergo liberos *b* ſucceſſor Epiſcopus abſque ulla oppoſitione ad jus eccleſiæ revocabit: quia eos non æquitas, ſed improbitas abſolvit.

C. XL. ¶ *De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut negant; aut aliis damnabiliter tradunt.*

*Item* ex concilio Aurelianenſi.

SI *c* quis de clericis documenta, quibus eccleſiæ poſſeſſio firma tenetur, aut ſupprimere, aut negare, aut avertere, aut fortaſſe tradere, damnabili, & punienda obſtinatione præſumpſerit, quidquid pro abſentia documentorum damni eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus reddat.

¶ *Hoc idem citatur ſuprà, ead. ſi quis de clericis, ex concilio Agathenſi, in quo habetur. Non eſt autem mutatus titulus: quia potuit in aliquo etiam Aurelianenſi, quod non extet, eſſe repetitum.*

C. XLI. ¶ *Miniſtris eccleſiæ de rebus ejuſdem eccleſiæ Epiſcopi permiſſu nihil alienare licet.*

*Item* ex concilio Aurelianenſi III. *cap. 23.*

ABbatibus *d*, Presbyteris, cæterisq; miniſtris de rebus eccleſiaſticis, vel ſacro miniſterio alienare, vel obligare abſque permiſſu, & ſubſcriptione Epiſcopi ſui nihil liceat. Quod qui præſumpſerit, degradetur communione conceſſa: & quod temere præſumptum, aut alienatum eſt, ordinatione Epiſcopi revocetur.

C. XLII. ¶ *Res eccleſiæ, quæ abſente Epiſcopo diſtrahuntur, ad jus eccleſiaſticum revocentur.*

*Item* ex ſynodo Ancyrana, *cap. 15.*

SI *e* qua de rebus eccleſiæ, cùm Epiſcopus non eſt, Presbyteri vendiderint, placuit reſciſſo contractu ad jus *f* eccleſiaſticum revocari. In judicio autem erit Epiſcopi conſtitutum *g*, ſi pretium debeat recipi, nec ne: propterea quòd ſæpe contingit diſtractarum rerum reditus ampliorem ſummam pro accepto pretio reddi 1.

1 ¶ Reddi ] *Sic in quibuſdam exemplaribus priſcæ verſionis. In aliis verò eſt,* reddidiſſe. *Græcè legitur,* διὰ τὸ πολλάκις τὴν εἴσοδον τῶν πεπραγμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν. *id eſt,* propterea quòd ſæpè rerum venditarum reditus malus pretium his ipſis reddiderit. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*

C. XLIII. ¶ *Poſt mortem Epiſcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant.*

*Item* ex concilio Chalcedonenſi h, *cap. 22.*

NOn liceat clericis poſt mortem Epiſcopi ſui rapere res pertinentes ad eum: ſicut jam præcedentibus regulis conſtitutum habetur. Si verò fecerint, periclitari ſe noverint in proprio gradu.

C. XLIV. ¶ *Reſcindantur precariæ, & commutationes ab invaſoribus factæ.*

*Item* ex concilio Mediomatricis *i*.

PRecariæ *k*, & commutationes tempore viduatarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca Epiſcoporum occupaverant, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel civili, ſi faciendæ ſunt, fiant.

¶ *Quod hic ex concilio Mediomatricis citatur, in concilio Meldenſi refertur ex concilio Belluacenſi, ex quo etiam citant Burchardus & Ivo. Sed quia in conciliis Gallicis & Germanicis ſæpe eadem repetuntur, non eſt mutata inſcriptio. In adjectis capitularibus quæ ex Gallia ſunt habita, inter cætera leguntur quædam capitula excerpta à Domino Rege Carolo & Principibus ſuis ex his capitulis, quæ anno DCCCXLVI. ediderunt Epiſcopi in ſynodis, &c. Quorum capitulorum unum eſt hoc,* ut precariæ & commutationes tempore viduatarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca Epiſcoporum occupaverunt, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel civili denuo, ſi fienda, fiant.

C. XLV. ¶ *Pro labore inventarii nihil accipiant œconomi de rebus eccleſiæ.*

*Unde* Gregorius a *Maximiano Syracuſano Epiſcopo, lib. 3. epiſt. 11.*

CHaritatem tuam commonere curavimus, ut ſi quiſpiam Epiſcoporum de hac luce migraverit, vel (quod abſit) pro ſuis fuerit remotus exceſſibus, convenientibus œconomis 1, cunctiſque clericis *b* prioribus atque in ſui præſentia inventarium eccleſiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, ſubtiliter deſcribantur: nec (ſicut antea fieri dicebatur) ſpecies quædam, aut aliud quodlibet de rebus eccleſiæ, quaſi pro faciendi inventarii labore tollatur. *& infrà.* ¶ Viſitatores eccleſiarum clericique eorum, qui cum ipſis per non ſuæ civitatis parochias fatigantur, aliquod laboris ſui capiant te diſponente ſubſidium. Iuſtum namque eſt, ut illi *c* conſequantur ſtipendium, qui *d* pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.

1 ¶ Oeconomis ] *Sic etiam in omnibus vetuſtis: ſed in originali tam impreſſo, quàm manuſcripto legitur,* hierarchicis. *Ioannes Diaconus habet,* hieraticis.

C. XLVI. ¶ *Excommunicentur laici, qui morientium clericorum audent bona diripere.*

*Item* ex concilio Urbani Papæ *Alverniæ celebrato.*

DE laicis quæſtio facta eſt, qui morientibus Epiſcopis, ſive aliis clericis res defunctorum invaſas, eccleſiæ, pauperibuſque ſubripiunt. Contra quos commune totius concilii anathema prolatum eſt, ipſo Papa hujuſmodi ſententiam promulgante. Si quis poſt interdicti præſentis cognitionem Epiſcoporum, ſeu Presbyterorum, aut aliorum clericorum res invaſerit, uſque ad ſatisfactionem excommunicetur. ¶ Epiſcoporum verò deficientium res per Archipresbyterorum, ſeu Archidiaconorum manus, aut ſecundùm mortuorum judicium pro ipſorum ſalute in eleemoſynas diſpenſentur, aut ſucceſſori, qui futurus eſt, reſerventur. Idipſum de Presbyterorum, ſeu clericorum aliorum rebus per Epiſcopum, vel ſupra dictas perſonas, aut tui deficientes commiſerint, fiat. Si quis autem adverſus iſta præſumpſerit, anathema ſit.

¶ *In titulis capitulorum concilii Claremontenſis (quod Alverniæ celebratum eſt) titulo penultimo, hæc leguntur ad caput hoc ſpectantia.* Ne aliquis clericus res Epiſcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel poſt mortem eorum diripiat, vel in uſus proprios conferat. Quòd ſi quis fecerit, anathema ſit: & dictum eſt ab omnibus, fiat.

C. XLVII. ¶ *De eodem.*

*Item* Innocentius Papa II. *in concilio Lateranenſi, cap. 4.*

ILlud *e* quod in ſacro Chalcedonenſi concilio conſtitutum eſt, irrefragabiliter conſervari præcipimus: ut videlicet decedentium bona Epiſcoporum à nullo omnino hominum diripiantur: ſed ad opes eccleſiæ, & ſucceſſoris ſui in libera œconomi, & clericorum permaneat

a *al. libertos ex familiis.* b *al. libertos.* c *Ivo p. 3. cap. 156.* d *Lib. 7. Cap. cap. 275. Polyc. l. 3. tit. 21.* e *Anſel. l. 6. cap. 162.* f ἀναβάλλεσθαι τὸ κυριακόν. g *al. ſi conſtitutum pretium.* h *Et in Aquiſgran. c. 88.* i *In Meldenſi, c. 31.* k *Burch. l. 3. c. 166. Ivo p. 3. c. 227. ex Belluacenſi.*

a *Ioannes Diac. l. 3. c. 23.* b *al. cleri.* c *al. illis.* d *al. quo.* e *Suprà ead. non liceat. Pann. l. 8. c. 141.*

poteſtate. Ceſſet igitur de cætero illa deteſtabilis, & ſæva rapacitas. Si quis autem amodò hoc attentare præſumpſerit, excommunicationi ſubjaceat. Qui verò morientium Presbyterorum, vel clericorum bona rapuerũt, ſimili ſententiæ ſubjaceant.

1 ¶ Morientium ] *In vulgatis ſequebatur,* Epiſcoporum: *quæ vox & à vetuſtis, & ab ipſo concilio manuſcripto abeſt, & fruſtra repeteretur. Sunt autem ex originali addita paulò ſuperius aliquot verba.*

¶ *Hoc non ſolùm de laicis, verùm etiam de metropolitanis, & quibuſlibet aliis clericis intelligendum eſt: ſicut* in ſexta ſynodo, *cap. 35. legitur.*

C. XLVIII. ¶ *Res Epiſcopi morientis metropolitano non licet invadere.*

NOn liceat alicui metropolitano, mortuo Epiſcopo, qui ſub eo eſt, aut res ejus, aut eccleſiæ ſuæ auferre: ſed ſint ſub cuſtodia cleri eccleſiæ defuncti Epiſcopi, uſq; dum alius ordinetur Epiſcopus. Si verò clerici in eccleſia non fuerint, tunc metropolitanus illibata omnia Epiſcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.

*Sicut autem res eccleſiæ nulli uſurpare licet, ita eccleſias alienas invadere non permittitur.*

C. XLIX. ¶ *Aliena eccleſia non licet invadere.*

*Unde* Gregorius, *libr. 2. epiſtol. 43. ad Bonifacium Epiſcopum.*

SIcut eccleſia propria res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore invadere alienas non oportet.

*His omnibus auctoritatibus perſpicuè monſtratur, quòd nulli ſacerdotum res eccleſiaſticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu ſacerdotis facultates eccleſiæ acceperit, nullo jure eas vindicare poterit: ſed potius cogetur reſtituere quod illicitè accepit. Sed notandum eſt, quòd quibuſdam cauſis exigentibus, res eccleſiæ diſtrahi poſſunt. Cauſa enim neceſſitatis cum conſilio clericorum, vel ut meliora proſpiciant, res eccleſiæ à ſacerdotibus diſtrahi poſſunt.*

C. L. ¶ *Niſi cauſa neceſſitatis, nec Epiſcopo rem eccleſiæ ſuæ uſurpare licet.*

*Unde* in Africano concilio *a* *legitur.*

NOn *b* habenti neceſſitatem, nec Epiſcopo licet matricis eccleſiæ 1 rem ſui tituli uſurpare.

¶ *Gratianus citat hoc ex concilio Africano, & ſequens ex Carthaginenſi. Sed in unico Carthaginenſi inſerto in codice Canonum, hoc quidem eſt pars poſterior, ſequens verò prior capitis ejuſdem, quod eſt ultimum, id eſt, XXXIII. & Burchardus, & Ivo integrum caput referunt ex Carthaginenſi.*

1 ¶ Eccleſiæ ] *In codice Canonum, & apud Burchardum ſequitur,* nec Presbyterorum: *apud Ivonem verò legitur,* nec Epiſcopo liceat rem matris eccleſiæ ignorante concilio, vel Presbyteris, ſuis titulis uſurpare. *Poſt ſequens autem caput apponetur integer Canon Græcè, nova cum verſione.*

C. LI. ¶ *Nec Presbyteri ignorantibus Epiſcopis, nec Epiſcopi ignorante concilio rem eccleſiæ vendant.*

*Item* ex concilio Carthaginenſi unico, *c. ultimo.*

PLacuit, ut *c* Presbyteri non vendant rem eccleſiæ, ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis, quomodo nec Epiſcopis liceat vendere prædia eccleſiæ inconſulto concilio, vel cuncto 1 presbyterio ſine ulla neceſſitate.

1 ¶ Vel cuncto ] *In canone unici Carthaginenſis legitur,* vel Presbyteris ſuis. Non habente ergo neceſſitatem, &c. *ut proximo ſuperiore capite, quemadmodum apud Burchardum etiam, & Ivonem: licet ipſi legant,* habenti: *Græcè autem ita totus Canon habet.*

Ὁμοίως ἤρεσεν ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην

a *Et in Moguntino ſub Rabano, cap. 8.* b *Burch. l. 3. c. 178. Ivo p. 3. c. 239.* c *Burch. ibid. Ivo ibid.*



τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρωνται. ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πρᾶγμα ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μητρὸς.

Similiter placuit, ut Presbyteri præter ſuorum Epiſcoporum ſententiam non vendant rem eccleſiæ, in qua conſecrantur: quemadmodum neque Epiſcopis licet prædia eccleſiæ vendere inſciente ſynodo, vel propriis Presbyteris. Ergo niſi adſit neceſſitas, neque Epiſcopo liceat [...] re aliqua ex titulo eccleſiaſticæ matricis.

C. LII. ¶ *Niſi ut meliora proſpiciat, rem eccleſiæ non licet diſtrahere Epiſcopo.*

*Item* ex epiſtola Leonis Papæ, *univerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis.*

SIne *a* exceptione decernimus, ne quis Epiſcopus de rebus eccleſiæ ſuæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat; niſi fortè aliquid horum faciat, ut meliora proſpiciat, & cum totius cleri tractatu atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium profuturum eccleſiæ. *& infrà.* ¶ Epiſcopus rebus eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur. [...] enim Epiſcoporum venditio, & commutatio rei eccleſiaſticæ erit abſque conniventia 1, & ſubſcriptione clericorum.

1 ¶ Conniventia ] *Antea legebatur,* abſq; omnium conniventia. *Inducta verò eſt dictio,* omnium; *quæ [...] vetuſtis exemplaribus, neque in Decretalibus, cap. 1. de his [...] fiunt à præl. neque apud cæteros collectores habetur. Apud [...] nem, qui citat concilium Carthaginenſ. IV. & in Panormia [...] Leonem ex concilio apud Valentias, loco iſtius vocis, conten[...] eſt,* collaudatione.

*Item domus urbium, vel caſtrorum, quæ eccleſiæ plus [...] di, quàm utilitatis afferunt, licet rectoribus eccleſiarum [...] ſuperiori capitulo Symmachi,* [*Non liceat Papæ, &c.*] *[...] vendere, vel commutare.*

C. LIII. ¶ *De eodem.*

*Item, ſicut* in Agathenſi concilio *b, c. 4.* *legitur.*

6 ps TErrulas *c*, aut vineolas exiguas, & eccleſiæ minus utiles, aut longè poſitas & parvas, Epiſcopus ſine conſilio fratrum (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahendi habeat poteſtatem.

¶ *Capitulum hoc in aliquot vetuſtis codicibus eſt [...] ſuperiori.*

*Servus quoq; fugitivos, qui revocati retineri non poſſunt [...] ter Epiſcopis diſtrahere licet.*

C. LIV. ¶ *Alienentur fugitivi, qui retineri non poſſunt.*

*Unde* in eodem concilio, *cap. 46. legitur.*

FUgitivi *d* domos ſuas, aut familias deſerentes, etiamſi revocati fuerint, non poſſunt teneri, [...] tione ab Epiſcopo, ſi voluerit, aut ſi ita illi [...] diſtrahantur.

C. LV. PALEA.

[*Item* ex concilio *apud Tanſiacum e, c. 1.*]

INjuſtum *f* videtur, & impium, ut mancipia, quæ [...] les viri, ſeu fœminæ pro redemptione *g* animæ [...] Deo, & ſanctis ejus conſecraverint, cujuſcunque [...] ris pretio, vel commutationis commercio iterum [...] cularem ſervitutem redigantur: cùm canonica [...] tas ſervos fugitivos tantummodo diſtrahi permittat [...] ideò omnes rectores eccleſiarum ſummoperè [...] ne unius eleemoſyna, alterius peccatum fiat: & [...]

a *Anſel. lib. 5. c. 69. & l. 6. c. 189.* b *In concil. Carthag. [...] Ibid. c. 32. & ext. de his, quæ fiunt à præl. c. 1.* c *Ivo p. 3. [...] Pann. l. 2. c. 86. ſup. ead.* d *Ivo p. 3. c. 160.* e *al. [...]* f *Ext. de rerum permut. c. injuſtum. Burch. l. 3. c. 174.* g *[...] medio. Ivo p. 3. c. 235.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſurdum, ut eccleſiaſtica dignitate ſervus decedens, humanæ obnoxius ſit ſervituti.

*¶ A Burchardo, & Ivone citatur ex concilio apud Catiſiacum, in Decretalibus verò tit. de rerum permut. ex concilio apud Sylvanectum. Et habetur hæc palea in pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus.*

7 pars. *Item ſi rectores eccleſiæ de rebus propriis tantundem eccleſiæ reſtituere voluerint, eccleſiaſticas facultates liberè dare poſſunt, & conſtabunt his, quibus data fuerint, perpetua firmitate.*

C. LVI. *¶ Alienatio de rebus eccleſiæ, quomodo rata eſſe poterit.*

*Unde* in Agathenſi concilio, *c.49. legitur.*

SI *a* quis qualibet *b* conditione de rebus eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit, ſi de ſuo proprio tantum eccleſiæ contulerit, quantum viſus eſt abſtuliſſe, tum demum illud licebit.

8 pars. *Item ſi ſervos eccleſiæ libertate Epiſcopus donaverit, ea, quæ in manumiſſione data illis fuerint, perpetua firmitate tenebunt: ſi tamen quantitatem canonibus præfixam data non exceſſerint.*

C. LVII. *¶ De eodem.*

*Unde* in eodem concilio, *c.7. legitur.*

SI *c* quos de ſervis eccleſiæ benemeritos, ſibi 1 Epiſcopus libertate donaverit, collatam libertatem à ſucceſſoribus placuit cuſtodiri, cum hoc quod eis manumiſſor in libertatem contulerit. Quod tamen jubemus viginti ſolidorum numerum *d*, & modum in terrula, & vineola, vel hoſpitiolo tenere. Quod amplius datum fuerit, poſt manumiſſoris mortem eccleſiæ revocetur.

1 ¶ Sibi] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis. Sed apud Ivonem, & in uno vetuſto Gratiani exemplari abeſt dictio, ſibi.*

*Sed notandum eſt, quòd ſervi eccleſiarum manumitti, non poſſunt, retento eccleſiaſtico patrocinio: niſi fortè manumiſſor duos ejuſdem meriti, & ejuſdem peculii eccleſiæ conferre voluerit.*

C. LVIII. *¶ De Epiſcopo, qui non retento patrocinio, ſervos eccleſiæ manumittit.*

*Unde* in concilio Toletano IV. *cap. 67. legitur.*

EPiſcopus *e*, qui mancipium juris eccleſiæ, non retento eccleſiaſtico patrocinio, manumitti deſiderat, duo meriti ejuſdem, & peculii coram concilio eccleſiæ, cui præeminet, per commutationem ſubſcribentibus ſacerdotibus offerat, ut rata, & juſta, inveniantur diffinitio commutantis. Tunc etiam liberam manumiſſionem ſine patrocinio eccleſiæ concedere poterit: quia eum, quem libertati tradere diſponit, jam juri proprio acquiſivit. Hujuſmodi * autem liberto, adverſus eccleſiam, cujus juris extitit, accuſandi, vel teſtificandi denegetur licentia. Quòd ſi præſumpſerit, placet, ut ſtante commutatione in ſervitutem propriæ eccleſiæ revocetur, cui nocere conatur.

*Libertus enim (niſi venia impetrata) patronum in jus vocare non permittitur. Unde in lib. 2. Digeſtorum, tit. de in jus vocando. l. fin. [¶ Si ſine venia edicti impetrata libertus patronum in jus vocaverit, ex querela patroni, vel* f *ſupradictam pœnam, id eſt, quinquaginta aureos dat: vel à præfecto urbis* g *quaſi inofficioſus caſtigatur, ſi inopia dignoſcitur laborare.] ¶ Si verò à collegio quis manumiſſus fuerit, non ſingulis, ſed univerſitati reverentiam debet. Unde in eodem libro, tit. eod. l. ſed ſi hac.* [*¶ Qui* h *manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel civitate, ſingulos in jus vocabit. Nam non eſt illorum libertus, ſed reipublicæ honorem habere debet. ¶ Et ſi adverſus rempublicam vel univerſitatem velit experiri, veniam edicti petere debet, quamvis actorem eorum conſtitutum in jus ſit vocaturus.] Si verò ingenuum princeps facit, patrono reverentiam non debet. ¶ In* a *criminali verò cauſa, ſi libertus patronum in jus vocaverit, caput ejus & fortunas petiturus, ante litis exordium capite puniendus eſt. Crimen verò læſæ majeſtatis excipitur, vel ſi patronam illicito ſervi concubitu uti deprehenderit, quo caſu, etiam ſervo cum munere libertatis Dominam accuſare permittitur: ſicut Cod. lib. 9. tit. de mulieribus, quæ ſe propriis ſervis junxerunt. l. unica Imperator Conſtantinus conſtituiſſe legitur. [Si qua cum ſervo occultè rem habere detegitur, capitali ſententiæ ſubjugetur, tradendo ignibus verberone. Sitq; omnibus facultas crimen publicum arguendi: ſit officio copia nunciandi: ſit etiam ſervo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur.] In patronos etiam teſtificari non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, in quibus etiam ſervi in Dominos torqueri jubentur.*

a Ivo part. 3. cap. 161. b *al. pro qualibet.* c *Ivo part. 16. cap. 30.* d *al. numeri modum.* e *Polyc. lib. 3. tit. 13. Burch. lib. 3. cap. 176. Ivo part. 3. c. 237.* * *Ivo p. 16. c. 65.* f *al. vel quinquaginta aureorum pœnam dat.*] g *al. urbi.* h *leg. 10. §. qui manumittitur.*



C. LIX. *¶ De eodem.*

*Unde* in libro eo. Codicis, *tit. de quæſtionibus. l.* b *prima. Impp. Antoninus & Verus.* A A.

QVæſtionem de ſervis contra Dominos haberi non oportet, exceptis adulterii criminibus, item fraudati cenſus accuſationibus, & crimine majeſtatis, quod ad ſalutem Principis pertinet. ¶ In cæteris autem, quanquam ea, quæ ſervus contra Dominum dixit, judicaturi ſententiam formare non debeant; tamen, ſi aliis quoq; probationibus fides veritatis inveſtigetur, præſcriptionis invidia evaneſcit. ¶ In pecuniariis verò cauſis ex inopia 1 probationum ſervos contra Dominum poſſe interrogari manifeſtum eſt.

*¶ In aliquot vetuſtis codicibus caput hoc conjunctum eſt ſuperiori.*

1 ¶ Ex inopia] *In antiquis codicibus Gratiani legitur,* nec inopia, *& ſic videtur etiam legiſſe auctor gloſſæ. In antiquiore etiam editione codicis Iuſtiniani, tit. de quæſtionibus, l. quæſtione eodem modo habet, eademq; lectionem ſecutus eſt auctor illarum gloſſarum, & in Baſil. tit. 50. de quæſtion. eadem eſt lectio. Sed quia in codice ab Haloandro edito legitur,* ex inopia, *& in l. Divus. ff. de quæſtionibus. videtur ſtatutum, ex inopia probationum etiam in cauſis pecuniariis poſſe torqueri ſervos, nihil eſt mutatum.*

C. LX. *¶ De eodem.*

Item *ibidem, l. ſecunda.*

INſolitum eſt, & grave exemplo, audiri ſervos adverſus tutores, vel matrem Dominorum ſuorum, niſi tutelæ agatur.

*Si verò libertus ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ receſſerit, & admonitus redire contempſerit, in ſervitutem revocabitur.*

C. LXI. *¶ De libertis eccleſiæ, qui ab ejus patrocinio diſcedunt.*

*Unde* in concilio Toletano IV. *cap. 70. legitur.*

LIberti *c* eccleſiæ, qui ab ejus patrocinio diſcedentes quibuslibet perſonis adhæſerunt, ſi admoniti redire contempſerint, manumiſſio eorum irrita ſit: quia per inobedientiæ *d* contemptum ingrati actione tenentur.

C. LXII. *¶ Revocentur in ſervitutem eccleſiarum liberti, qui contra ejus libertatem ſuperbiunt.*

*Item* ex concilio Hiſpal. II. *c. 8.*

OCtava diſcuſſio agitata eſt de quodam Heliſæo ex familia Agabrenſis eccleſiæ; qui ab Epiſcopo ſuo traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumaciæ

a *Ex l. ſi quis ex familiaribus C. qui accuſ. non poſ. titul. 11.* b *titul. 41. l. 1.* c *Burchard. lib. 3. cap. 184. Ivo par. 3. cap. 244.* d *al. obedientiæ.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

morbum tranſilivit; ſicque per ſuperbiam non ſolùm ejuſdem Epiſcopi veneficis *a* artibus ſalutem lædere voluit, ſed etiam patronam eccleſiam libertatis immemor prædemnavit. Adverſus quem ingrati actio, canonum & legum auctoritate, juſtè dirigitur: ſcilicet, ut immeritæ libertatis damno mulctatus, ad ſervitutis nexum revocatur. Talium enim ſtatus, qui contra Epiſcopum ſuum, vel patronam eccleſiam nituntur, decidi potiùs, quàm conſervari convenit: ut quorum libertas pernicioſa eſt, ſit ſalutifera ſervitus: & qui ſuperbire noverunt adepta libertate 1, proditi, diſcant obedire ſubjecti.

1 ¶ Adepta libertate ] *Magna hoc loco eſt varietas in vetuſtis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent,* adempta libertate proditi, *partim,* adepta libertate præditi, *ut concilium ipſum impreſſum, & manuſcriptum, etiam in codice Lucenſi regio. Apud Ivonem verò legitur,* adepta libertate elati, perdita diſcant obedire ſubjecti.

C. LXIII. ¶ *A patrocinio non diſcedant eccleſiæ libertati ad ſacros ordines promoti.*

*Item* ex concilio Toletano III. *cap.6.*

DE *b* libertis ante hoc præcipit ſancta ſynodus, ut ſi qui Presbyteri, vel Diaconi 1 ab Epiſcopis facti ſunt ſecundùm modum, quo canones antiqui dant licentiam, ſint liberi: & tamen à patrocinio eccleſiæ tam ipſi, quàm ab eis progeniti non recedant. ¶ Ab aliis quoq; libertati traditi, & eccleſiis commendati, patrocinio Epiſcopi *c* colligantur, & ne cuiquam donentur, à Principe hoc Epiſcopus poſtulet.

1 ¶ Presbyteri, vel Diaconi ] *In conciliis Coloniæ quatuor tomis impreſſis, & in codice Lucenſi regio legitur.* De libertis autē id Dei præcipiunt ſacerdotes, ut ſi qui ab Epiſcopis, &c. *nulla Presbyterorum, aut Diaconorum mentione facta.*

*Ne verò longinquitate temporis obſcuretur conditio originis: tempore ſuæ manumiſſionis ſcribant liberti profeſſionem, qua ſe profiteantur de familia eſſe eccleſiæ, & ab ejus obſequio ſe nunquam receſſuros.*

C. LXIV. ¶ *Profeſſionem ſuæ conditionis liberti eccleſiæ faciant.*

*Unde* in concilio Toletano VI. *cap.9. legitur.*

LOnginquitate *d* ſæpe fit temporis, ut non pateat conditio originis. Vnde jam decretum eſt in anteriori 1 univerſalis concilii canone, ut profeſſionem ſuam liberti eccleſiæ debeant facere: qua profiteantur ſe & de familiis eccleſiæ eſſe *e*, & ejus obſequium nunquam relicturos. Vnde his quoque nos adjicimus, ut quoties curſum vitæ ſacerdos impleverit, & de hac vita migraverit, mox cùm ſucceſſor ejus advenerit, omnes liberti eccleſiæ, vel ab eis progeniti chartulas ſuas in conſpectu omnium debeant ipſi ſubſtituto Pontifici publicare, & profeſſiones ſuas in conſpectu eccleſiæ renovare: quatenus ſtatus ſui vigore & illi obtineant, & obedientia eorum eccleſia non careat. Si autem aut ſcripturas libertatis ſuæ intra annum ordinationis novi Pontificis manifeſtare contempſerint, aut profeſſiones renovare noluerint, vacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneant, & illi origini ſuæ redditi, ſint perpetuò ſervi.

1 ¶ In anteriori ] *Significatur Canon 69. concilii Toletani quarti, qui proximo cap. refertur. Nam quartum illud Toletanum, quod fuit pleniſſimum, in ſequentibus Toletanis vocari ſolet univerſale concilium, ut in 5. cap. 2. & 7. & in 6. concilio c.1.3.7. & 18. Et in principio ipſius quarti concilii Epiſcopi ajunt.* quoniam generale concilium agimus.

a *al. maleficiis.* b *Ivo p.16. c.66.* c *al. Epiſcopali regantur.* d *Infrà ead. proximo.* e *al. manumiſſos.*



C. LXV. ¶ *Nec liberti, nec eorum poſteri a patrocinio diſcedant eccleſiæ.*

*Item* ex concilio Toletano IV. *cap.69.*

LIberti *a* eccleſiæ (quia nunquam moritur eorum patrona) à patrocinio ejuſdem nunquam diſcedant, nec poſteritas quidem eorum, ſicut priores canones decreverunt. Ac ne fortè libertas *b* eorum in futura prole non pateat, ipſaq; poſteritas naturali ingenuitate obnitens, ſeſe ab eccleſiæ patrocinio *c* non ſubtrahat, neceſſe eſt, ut tam hi liberti, quàm ab eis geniti *d* profeſſionem Epiſcopo ſuo faciant: per quam ex familia eccleſiæ libertos effectos ſe eſſe fateantur, ejuſque patrocinium non relinquant: ſed juxta virtutem ſuam obſequium ei, et obedientiam præbeant.

*Pro remuneratione etiam impenſi obſequii res eccleſiaſtic[...] ter poſſunt donari.*

C. LXVI. ¶ *Quæ de rebus eccleſiæ in remunerationem obſequii præſtantur, rata permaneant.*

*Unde* in Toletano concilio IV. *cap.36. legitur.*

QVicunque Epiſcopi ſuffragio cujuslibet aliquid [...] eccleſiaſticæ utilitatis providerint, & pro eo quod[...] que commodum in remunerationem promiſerint, p[...] miſſi ſolutionem eos exolvere oportebit: ita ut [...] concilium provinciale deferatur *e*, ut eorum con[...] tia confirmetur, quia (ſicut Paulus ait) *f* dignus [...] perarius mercede ſua.

C. LXVII. ¶ *Servi eccleſiarum in eorum dominium transferri poſſunt, qui eccleſiaſticis utilitatibus deſerviunt.*

*Item* Gregorius *lib.2. indict.11. epiſt.18. Theodoro conſiliario.*

ECcleſiaſticis *g* utilitatibus deſudantes, eccleſ[...] dignum eſt remuneratione gaudere, ut qui ſe[...] tariis obſequiorum neceſſitatibus ſponte ſubjic[...] gnè noſtris proviſionibus conſolentur. Quia [...] Theodorum, virum eloquentiſſimum, conſiliar[...] ſtrum, mancipiorum cognovimus miniſterio [...] tum, ideò puerum nomine Acoſimum natione S[...] juri, dominioque tuo dari, tradique præcipimus: [...] quoniam traditum ex noſtra voluntate jam poſſi[...] juste neceſſe fuit ſcripti *h*, pro futuri tempor[...] monio, ac robore largitatis, auctoritate fulciri: [...] nus, Domino protegente, ſecurè eum ſemper, [...] lius retractationis ſuſpicione, quippe ut Domin[...] as poſſidere 2.

1 ¶ Te ] *Addita eſt vox iſta, & cætera ſunt emend[...] ginali, ut intelligatur eundem eſſe cui ſcribitur, & cui [...]*

2 ¶ Poſſidere ] *Apud B. Gregorium hæc ſequuntur.* [...] enim quenquam fore credimus, qui tam parv[...] tatem pro tua ibi devotione conceſſam deſidere[...] tet ullo modo revocare: cum uno eodemq; temp[...] verecundum ſit à deceſſoribus bene geſta reſolve[...] verecundum ſit docere cæteros in ſua quandoq[...] lutoriam proferre largitate ſententiam.

*Miſerationis quoque intuitu ſervi eccleſiarum libertat[...] poſſunt.*

C. LXVIII. ¶ *Miſerationis, & pietatis [...] ſervi eccleſiarum poſſunt manumitti.*

*Unde* Gregorius *Montana* i, *& Thomæ lib.5. epiſt.12. ſeu cap.112.*

CVm redemptor noſter, totius conditor creat[...] hoc propitiatus humanam voluerit carnem [...]

a *Polyc. lib.3. tit.12. Burch. l.3. c.185. Ivo p.3. c.241.* b [...] *bertinitas.* c *al. patrocinio ſubtrahat.* d *al. progeni[...]* *ductum, eorum conventu confirmetur.* f *1. Timoth. 5.* [...] *l.3. tit.13.* h *abeſt ab orig.* i *al. Montano.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mere, ut divinitatis ſuæ gratia, dirupto, quo tenebamur captivi, vinculo ſervitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati, ſalubriter agitur, ſi homines, quos ab initio natura liberos protulit, & jus gentium jugo ſubſtituit ſervitutis, in ea, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque ideò pietatis intuitu, & hujus rei conſideratione permoti, vos Montanam *a* atq; Thomam, famulos ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cui, Deo adjutore, deſervimus, liberos ex hac die, civesq; Romanos efficimus, omneq; veſtrum vobis relaxamus ſervitutis peculium 1. *& infrà.* ¶ Hanc autem manumiſſionis paginam Paterio notario ſcribendam dictavimus, & propria manu unà cum tribus Presbyteris prioribus, & tribus Diaconis pro pleniſſima firmitate ſubſcripſimus, vobisq; tradidimus. Actum in urbe Romana.

1 ¶ Peculium ] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorii bibliotheca Vaticana legitur,* periculum.

*Item ſervi eccleſiarum publicis angariis non debent fatigari.*

C. LXIX. ¶ *Servi eccleſiarum publicis angariis non fatigentur.*

*Unde* in concilio Toletano III. *c.21. legitur.*

ECcleſiarum 1 ſervos *b*, & Epiſcoporum, vel omnium clericorum à judicibus, vel actoribus publicis in diverſis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne concilium à pietate glorioſiſſimi Domini noſtri popoſcit, ut tales deinceps auſus inhibeat: ſed ſervi ſupraſcriptorum officiorum in eorum uſibus vel eccleſiæ laborent. Si quis verò judicum, aut actorum, clericum, aut ſervum clerici, vel eccleſiæ, in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, à communione eccleſiaſtica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

1 ¶ Eccleſiarum] *In cæteris hujus concilii exemplaribus impreſſis, manuſcriptis, quæ collata ſunt, & apud Ivonem legitur quemadmodum apud Gratianum: præterquam in editione quatuor tomorum, & codice Lucenſi regio, in quibus initium capitis 21. ſic habet.* Quoniam cognovimus in multis civitatibus eccleſiarum ſervos, & Epiſcoporum, vel o. c. a. i. v. a. p. in diverſis angariis fatigari, omne concilium, &c. *Et hîc quidem nulla facta eſt mutatio: alia verò, in quibus omnes conciliorum codices concordant, ſunt emendata.*

*Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captivorum res ſacras diſtrahi licet.*

C. LXX. ¶ *Res ſacræ quibus ex cauſis alienari debeant.*

*Unde* Ambroſius *ait lib. 2. de officiis, c.28.*

AVrum *c* eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut erogет, & ſubveniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adjuvat? An ignoramus *d*, quantum auri, atque argenti de templo Domini Aſſyrii ſuſtulerunt? Nonne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis. Nonne dicturus eſt Dominus, cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum, unde *e* miniſtraſſes alimoniam. Cur tot captivi deducti in commercium *f* ſunt, nec *g* redempti, ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat, ut vaſa viventium ſervares, quàm metallorum. His non poſſet reſponſum referri. Quid enim diceres? Timui, ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet, aurum ſacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum, redemptio captivorum eſt: & verè illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur quod ſanguis ejus operatus eſt. *& poſt pauca.*

a *al. Montanum.* b *Lib. 6. Capit. cap. 290. Ivo p.3. cap. 138.* c *Polyc. l.6. tit.20. Ivo part.3. c.180. Anſ. l.13. c.28.* d *4.Reg.24.* e *al. ut.* f *in vulgatis legebatur, in captivitatem ducti.*] g *nec redempti? Cur tot ab hoſte.*] *orig.*

Nemo enim poteſt dicere cur pauper vivit? nemo poteſt queri, quia captivi redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templum Dei ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet: opus eſt, ut de eccleſia myſtici poculi forma non exeat: ne ad uſus nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur. Ideò intra eccleſiam primùm quæſita ſunt vaſa, quæ initiata non eſſent: deinde comminuta: poſtremò conflata, per minutas erogationes diſpenſata egentibus, captivorum quoque pretiis profecerunt. Quòd ſi deſunt nova, & quæ nequaquam initiata videantur, in hujuſmodi uſus, quos ſuprà diximus, arbitror omnia piè poſſe converti.

C. LXXI. ¶ *Non parietes templi ornare ſed pauperibus providere, gloria Epiſcopi eſt.*

*Item* Hieronymus *ad Nepotianum* a *de vita clericorum.*

GLoria Epiſcopi eſt pauperum inopiæ *b* providere: ignominia ſacerdotis eſt propriis ſtudere divitiis. Natus in paupere domo, & in tugurio ruſticano, qui vix milio, & cibario pane rugientem ſaturare ventrem poteram, nunc ſimilam & mella faſtidio. *Item paulò inferius.* ¶ Multi ædificant parietes, & columnas eccleſiæ ſubtrahunt *c*, marmore nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neque verò mihi aliquis opponat dives in Iudæa templum, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabantur à Domino, quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat remiſſio *d* peccatorum: quanquam hæc omnia præceſſerint in figura, ſcripta autem ſunt propter nos, in quos fines ſæculorum devenerunt. Nunc verò, cùm paupertatem domus ſuæ pauper Dominus dedicârit, portemus *e* crucem *f*, & divitias lutum putabimus. *Item ibidem in extremo.* ¶ Amico *g* quidpiam rapere, furtum eſt: eccleſiam fraudare, ſacrilegium eſt: & accepiſſe, quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis, vel cautum eſſe velle, vel timidum, aut, quòd apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat. *Item ejuſdem ad Paulinum* b, *de inſtitutione Monach.* ¶ Crates ille Thebanus, homo quondã ditiſſimus, cùm ad philoſophandũ Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit: neq; putavit ſe ſimul poſſe & virtutes & divitias poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur, & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè reſervamus? Plenus venter facilè de jejuniis diſputat. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe, laudandum eſt.

*Item largitate etiam Epiſcopi ſtipendium de rebus eccleſiæ clericis dare licet: cujus profeſſio ſub precaria nomine fieri debet.*

C. LXXII. ¶ *Qui beneficium ab eccleſia accepit, ejus profeſſionem nomine precariæ faciat.*

*Unde* in concilio Toletano VI. *cap.5.*

SÆpe *i* fit, ut proprietati originis obſiſtat longinquitas temporis. Quapropter providentes decernimus, ut ſi quis clericorum 1 ſtipendium de rebus eccleſiæ, cujuſquam Epiſcopi percepit largitate, ſub precariæ nomine debeat profeſſionem ſcribere: ut nec per

a *Epiſt. 2.* b *al. opibus.* c *ſubſtruunt, vera lectio.* d *al. redemptio.* e *al. cogitemus.* f *1.Cor.10.* g *13. quæſt. 2. c.10.* h *Epiſt.13.* i *Ivo p.6. c.372.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tentionem *a* diuturnam præjudicium afferat eccleſiæ; & quæcunq; in uſu perceperit, debeat utiliter laborare: ut nec res divini juris videantur aliqua occaſione negligi, & ſubſidium ab eccleſia cui deſerviunt, percipere poſſint clerici. Quòd ſi quis eorum contempſerit facere, ipſe ſe ſtipendio ſuo videbitur privare.

1 ¶ Clericorum ] *In codice conciliorum Lucenſi regio ſequitur*, ut aliarum quarumlibet perſonarum.

*Religionis quoq; intuitu ea, in quibus eccleſia detrimentum non patitur, monaſteriis tradi poſſunt.*

C. LXXIII. ¶ *Licet religionis intuitu res eccleſiæ alienare.*

*Unde* in III. Toletano concilio, *c.4. legitur.*

SI *b* Epiſcopus unam de parochianis eccleſiis ſuis monaſterium dicare voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de conſenſu concilii ſui habeat licentiam faciendi. Qui etiam ſi de rebus eccleſiæ pro eorum ſubſtantia aliquid, quod detrimentum eccleſiæ non exhibeat, eidem loco donaverit, ſit ſtabile. Rei enim bonæ ſtatuendæ ſanctum concilium dat conſenſum.

C. LXXIV. ¶ *Non ultra quinquageſimam partem rerum eccleſiæ, monaſterio, quod conſtituit, Epiſcopo licet conferre.*

*Item* ex Toletano IX. *cap.5.*

BOnæ *c* rei dare conſultum *d*, & præſentis habetur vitæ ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Quiſquis itaque Epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, ditare decreverit, non amplius ibidem, quàm quinquageſimam partem dare debebit: ut hac temperamenti æquitate ſervata, & cui tribuit, competens ſubſidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. Ad eccleſiam verò quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare *e* voluerit ſepulturis, non ampliùs quàm centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela ſervata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem *f* aſſumat.

C. LXXV. ¶ *Iure proprietatis res eccleſiæ monaſteriorum ædificiis tradere licet.*

*Item* Gregorius *lib.2. indict. 11. epiſt. 17.*

*Gratioſo Subdiacono.*

REligioſam *g* vitam eligentibus congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cujuſquam neceſſitatis occaſio, aut deſides faciat, aut robur (quod abſit) converſationis infringat. Idcircò præſenti tibi auctoritate præcipimus, quatenus domum poſitam in hac urbe, regione quarta, juxta locum, qui appellatur, ad gallinas albas, vel hortum juris ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cui auctore Deo præſidemus, in qua campana quondam uxor 1 Patritii manſiſſe dignoſcitur, ſimul & hortum atque hoſpitia, quæ intra eandem domum janua concludit, Floræ *h* abbatiſſæ debeas tradere proprietatis jure proculdubio poſſidendam: in qua domo monaſterium virginum (ubi cum congregatione ſua habitare poſſit) Chriſto queat adjuvante conſtruere: & *i* tam ipſa, quàm quæ in ejus loco, honoreque ſucceſſerit, prædictam domum, & hortum cum omnibus ad ſe pertinentibus (ſicut diximus) quieto, inconcuſſoque jure à nobis pietatis conſideratione conceſſa valeat poſſidere.

1 ¶ Vxor ] *In aliquot epiſtolarum editionibus, & nonnullis Gratiani exemplaribus non eſt iſta dictio. In vetuſto autem Vaticano epiſtolarum codice legitur*, quondam patritia.

*Ecce oſtenſum eſt, quomodo res eccleſiæ ſine culpa dari poſſunt, & conſtare his, quibus datæ fuerint.*

a *al. retentionem.* b *Ivo p.3.cap.168.* c *Ivo part.3.cap.170.* e *alit. conſilium.* d *alit. munificare.* f *alit. remunerandum.* g *Anſelmus lib.5.cap.33.* h *antea legebatur, eidem.* i *alit. ut.* ] *orig.*



## QVÆSTIO III.

1 ps NUnc quæritur, *ſi ante tempus ſuæ ordinationis nihil habere videbantur, quid de his fieri debeat, quæ poſt ordinationem ſuam inveniſſe noſcuntur.*

C. I. ¶ *De his, qui primum nihil habentes, tempore ſuæ adminiſtrationis aliqua acquirunt.*

*De his ita ſtatutum eſt* in concilio Carthaginenſi *a* III. *c.49.*

PLacuit *b* ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus, vel clericatus ſui agros, vel quæcunque prædia nomine ſuo comparant; tanquam rerum Dominicarum invaſionis crimine teneantur, niſi admoniti eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis obvenerit, faciant inde, quod eorum propoſito congruit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitaverint, honore eccleſiaſtico indigni tanquam reprobi judicentur.

C. II. ¶ *De miniſtris, qui nulla eccleſiæ occaſione, ſed ſui utilitate aliqua acquirunt.*

*Item* ex concilio Toletano IX. *c.4.*

QVicunque de ſacerdotibus, vel miniſtris pro ſua litate, atque amicitia, vel præſtatione, aut quocunque modo, aut per ſcripturæ ſeriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus eccleſiæ non poterunt numerari: ſed quod exinde voluerint facere, ipſorum voluntatis arbitrio ſubjacebit. Quòd ſi hoc poſt eorum mortem inordinatum fortaſſe remanſerit, eccleſia cui præfuit, vel miniſter extitit, hoc ſibi in perpetuum vindicabit.

*Ecce quòd illa, quæ non ex officio eccleſiaſtico, ſed ex diſpenſatione ſuæ utilitatis lucratus eſt, poteſt dare quibus voluerit.*

2 pars. *Sed quæritur de his, quæ ſibi communiter cum eccleſia, vel ſequeſtratim pro remedio animæ offeruntur, vel de ea parte, quam de rebus parochialium eccleſiarum ſibi debitam* … *ſi ea poterit dimittere quibus voluerit.*

C. III. ¶ *De Pontificibus, quibus ab extraneis vel cum eccleſia, vel ſequeſtratim aliquid dimittitur.*

*De his ita diffinitur* in concilio Agathenſi, *cap. 6.*

POntifices *d*, quibus in ſummo ſacerdotio conſtitutis ab extraneis *e* aliquid, aut cum eccleſia, aut ſequeſtratim, aut dimittitur, aut donatur (quia ille, qui donat, pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo ſacerdotis offerre probatur) non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ inter facultates eccleſiæ computabunt: quia juſtum eſt, ut ſicut ſacerdos habet quod eccleſiæ dimiſſum eſt, ita & eccleſia habeat, quod relinquitur ſacerdoti. ¶ Sanè quid per fidei commiſſum aut ſacerdoti, aut eccleſiæ forte taſſe dimittitur, cuicunque alii poſtmodum profuturum, id inter facultates ſuas eccleſia computare, aut retinere non poterit.

a *Et in Moguntino ſub Rabano, capite 1.* b *Burch. lib.3.* … *Ivo p.3. c.96. Pann. l.2.c.52.* c *al. teneantur obnoxii.* d … *de teſtamentis. c. requiſiſti. Burc. l.1.c.217. Ivo p.3. c.231.* e … *traneis duntaxat.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN